

Trigesimus quartus

erunt in asia & syria. Falluntur qui eandem putant esse e picea atq; larice. picea enim pingue & turis mo succosam fundit. Larix gracile ac mellei liquoris uirus redolentem. Me dici liquida raro utitur & i ouo fere. Larice propter tussim ulceraq; uiscerum. Nec pinea magis in usu. Ceteris non nisi coctis: Et coquendi genera satis demonstrauimus. in arborum differentia placet terebinthina odoratissima atq; lenissima nationum cypria & syriaca utraq; mellis attici colore. Sed cypria carnosior: ficiorq; i sicco genere quod ut sit candida: pura: perlucida. in omni aut ut montana potiusq; capestris. ite aquilonia q; ab alio uero. Resoluitur resina ad uulnreum usus & malagmata oleo impotiones amygdalis amaris natura i mededo contrahere uulnera. purgare. discutere: collectiones: ite pectoris uitia. Terebinthina illinitur: & eadem callida membrorum doloribus spasticisq; illinitur in sole totisq; corporibus. magonum maxime cura ad gracilitatem emendanda: spatium ita laxatum cutem p singula membra: capacioraq; ciborum facienda corpora. proximum locum optinet e lentisco. inest ei uis astringendi. Mouet & ante ceteras urinam. Reliqua uentre emolliunt. Cruda concoquunt. Tussim ueterem sedant. Vuluam onera extrahunt etiam suffita. priuatim aduersantur uisco. panos & similia cum seuo taurino & melle sanant. palpebras lenificia comodissime replicat. Fractis quoq; utilissima. & auribus purulentibus: ite in pruritu genitalium. Pineae capitis uulneribus optime medetur.

De pice spissa & liquida: & palimpissa: & pissasphaltos: & zopissa: & tæda: & lentisco. cap. viii

Dix quoque unde & quibus conficeretur modis indicauimus. Et eius duo genera. Spissum liquidum. Spissarum utilissima medicina est brutia: quonia pinguisima & resinosisima utraq; prebet utilitates. Ob id magis rutila q; cetera. id enim quod in hoc adiiciunt ex mascula arbore meliorem esse non arbitror posse intelligi. picis natura excalfacit. explet. aduersatur priuatim cera stæ motibus cum polenta. item anginae cum melle. Distillationibus & sternumentis. pituitis auribus infunditur cum rosaceo. illinitur cum cera. Sanat lichenas. Aluum soluit. Excreationes pectoris adiuuat eclegmate aut illita. Tonsillis cum melle. Sic & ulcera purgat. Explet cum uua passa & axungia. Carbunculos purgat: & putrescentia ulcera. Quae uero serpunt cum pineo cortice aut sulphure. pthysicis etiam cyathi mensura quidam dederunt: & contra utere tussim. Rhagadas sedis & pedum panosque & ungues scabros emendat. Vuluam duritias & conuersiones odore. ite lethargicos: strumas. ite cum farina hordeacea & pueri impubis urina decocta ad supperationem perducit. Et ad alopecias sicca pice utitur. ad mulierum mammas brutia ex uino subseruefacta cum poline farraceo quam calidissimis impositis. Liquida pix oleumq; quod pissaleon uocant quemadmodum fieret diximus. quidam iterum decoquunt & uocant palimpissam. Liquida anginae perunguntur intus & uua. ad aurium dolores: claritatem oculorum: oris circulations: suspiriosas: uulvas. tussim ueterem. & crebras excreationes pectoris: spasmos: tremores: opisthotonos: paralyses: neruorum dolores praestantissimum ad canum & iumentorum scabiem. est & pissasphaltos mixta bitumini pice: naturaliter ex appolloniatarum agro. Quidam autem ipsi miscet praecipuum ad scabiem pecorum remedium aut si foetus matris laeserit: naturale optimum ex eo quod cum feruet: innatat. zopissam eradi nauibus diximus cera marino sale macerata. Optima haec a tyro cinio nauium. additur autem in malagmata ad discutiendas collectiones. Tæda decocta in aceto dentium dolores efficaciter colluunt. Lentisci & arbores & semen & cortex & lachryma urinam aluum sistunt. Decoctum eorum ulceribus quae serpunt fotu. Illinitur in humidis & igni sacro: gingiuas colluit. folia dentibus in dolore atteruntur: Mobiles decocto colluuntur. Capillum tingunt. Lachryma sedis uitis prodest: cum quid ficari excalfierine opus sit. Decoctum & e lachryma stomacho utile ructum & urinam mouet: quod & capitis dolori cum polenta illinitur. Folia uero tenera oculis inflamatis illinuntur: ite matricis lentisci replicandis palpebris: & ad exterendam cutem in facie & smegmata. adhibetur & sanguinem reiciendis: tussi ueteri: et ad omnia quae harmoniaci uis. Medet et attritis panibus siue oleo e semine eius facto ceraq; mixto: siue foliis ex oleo decoctis: siue cum aqua uirilia foueantur. Scio Democritum medicum in ualitudine confidiam. M. Seruili consularis filiae omnem curatiorem austeram recusatis diu efficaciter usum lacte caprarum quas lentisco pascebat.

De platano et fraxino et acere et alba populo et ulmo et tilia et sambuco et iunipero. Ca. viii.

DLatani aduersantur uespertilionibus. pilulae earum in uino potae. X. iiii. pondere omnibus serpentium: & scorpionum uenenis item ambustis tusa aut cum aceto acri magisque scyllitino sanguinem omnem sistunt: et lentiginem et carcinomata melanias quoque ueteres addito melle emendant. Folia et cortex illinuntur collectionibus et suppurationibus: et decoctum eorum: Corticis autem in aceto dentium. remedium est. Folia eorum tenerissima in uino albo decocta oculorum Latango foliorum: et auribus et oculis inutilis: Cinis pilularum sanat ambusta igni uel frigore. Cortex e uino scorpionum ictus restinguit: Fraxinus quam uim aduersus serpentes haberet indicauimus: Semine